Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



quia qui credit in hm̄ non solum perditionē euadit pœnarū sed
& uitam pcipit aeternam. & hoc inter figurā distat & ueritatē.
quia p illam uitā protegebatur temporalis. per hanc uita donatur
sine fine mansura; sed curandum soller ter ē. ut quod intellectus
bene sentit operatio condigna proficiat. quatenus confessio
recte nrāe fidei piae & sobriae conuersando ad perfectionē
promissae nobis uitae mereatur attingere; Uerum quia
haec de filio hominis dicuntur qui ex altare in cruce & mortē
potuit pati. ne putar & nichodemus filium tantum eum ho
minis esse a quo uita eē expectanda. per p&ua curauit ei dn̄s
& iam diuinitatis suae pate facere sacramentū unum quae
& eundem & filium hominis mundi ostendere saluatorem.

EBD. II. POST PENTE COSTEN. LEC EPI BEA IOHANNIS APOSTOLI.

In hoc apparuit caritas dī in nobis qm̄ filium suum unigenitū
misit ds̄ in mundum. ut uiuamus per eum;

Quomodo ipse dn̄s ait. maiorem hanc dilectionem nemo hab&.
ut animam suam quis ponat pro amicis suis. & ibi probata est
dilectio xp̄i in nos. quia moritur pro nobis; dilectio patris unde
probata ē in nobis. quia filium suum unicum misit mori pro
nobis. sicut & paulus apostolus dicit. qui proprio filio suo non pe
percit sed pro nobis omnibus tradidit eum. quomodo non & iam
cum illo omnia nobis donauit. Et in hoc est caritas. non quasi nos
dilexerimus eum. sed qm̄ ipse dilexit nos; Non illum dileximus
prius nā ad hoc dilexit ut diligamus eum; gratia quippe hominē
p̄uenit. ut diligat dn̄. qua dilectione oper&ur bona; unde psal
mista. Ds̄ meus inquit misericordia eius preueni & me; & misit
filium suū propitiationem pro peccatis nr̄is; Et hoc ē maximū
in nos diuinae caritatis indiciū. quia cum nec dum ipsi pro pec
catis nr̄is eum p&ere nossemus. misit ille filium suum ad nos.
qui nobis in se credentibus ultro ueniam dar& nos quae ad pa
ter ne gloriae socia&atē uocar&; in quibusdam codicibus
hic uersiculus ita legitur. & misit filium suum litatorem
pro peccatis nr̄is; litator autem sacrificator est; Sacrifi
cauit enim filius dī pro peccatis nr̄is non hostias pecu
dum. sed se ipsum offerendo; Unde bene paulus am̄ monens
ait; Estote ergo imitatores dī sicut filii carissimi. & ambu
late in dilectione sicut & xp̄s dilexit nos. & tradidit seme
ti ipsum pro nobis oblationem. & ostiam dō in odorē suauitatis;